



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Leo Episcopvs Martiano Avgvsto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

LEO EPISCOPVS
M A R T I A N O
AVGVSTO.

Non possum satis admirari vestram pietatem, & amorem erga Catholicæ Fidei professores (gloriosissime Imperator) summa itaque lætitia accepi vestras, & strenui Principis Alexij Angeli litteras, quibus expositis, ut auctoritatem Apostolicam adiungam regulæ Basiliæ sacerdotissimæ vitæ Episcopi Cæsareæ, quam præscriptis militibus fratribus Constantinianis, qui Crucis rubræ stigmata firmantur à vobis, & ab ipso Principe. Alexio ipsorum fratrum supremo moderatore. Regulam ipsam, & Christianæ, & moralis doctrinæ plenam agnoui, & confirmaui, eamq; hinc adjunctam, & mea manu signatam transmittó, vt vestri est desiderij. Illud interim à vobis intanter peto, vt ipsos Milites fratres meo nomine hortemini ne à tanto opere, & vobis obedientiæ, coniugalis Castitatis, & militaris disciplinæ desistant; sed continua vigilancia viuere studeant iuxta dictam regulam, & præcipue ij, qui in Cœnobij degunt mulieres nō introducant à scandalisque caueat professam vitæ sobrietatem conseruâtes; Deus huic optimè incæpto faueat, & istum numerum Christianæ Religioñis Defensorum augere dignetur, vosque incolumem seruare. Dat. Romæ xij. Kal. Aug. Ætio, & Studio VV. CC. Cols.

LEO CAESAR IMP.
SEMPER AVGVSTVS.

Alexio Angelo, & Michaeli eius filio Principibus Ciliçiaæ, & Macedoniae Comitiis Driuasten. nostris amicis, & dilectissimis. Egregium illud facinus, quod iamdiu Progenitores vestri ag-

gressi sunt, dum varios milites in unum congregare, & sub certa regula moralis, & piæ disciplinæ instituere studuerunt, rubeæque Crucis, & Imperialis labari signo, quo Diuus Constantinus primum usus est, & de cœlis habuit stigmata signarunt, adeo vobis cordi est, vt in ipso tota opera insudetis, non enim contenti estis ipsos aureatos milites, & in castris, & in claustris, & in Dæmonem, & in Hostes visibiles prælia gerere à Sereniss. Marciano prædecessore vestro petijstis, vt obtineret à Sanctissimo Romæ, & Vniuersalnis Ecclesiæ Episcopo Leo ne confirmationē illius regulæ, quam dictis fratribus Equitibus statuit Basilius Episcopus Cæsareæ sanctæ, & recolendæ memoriam, quod quidem libenter ab ipso Romano Patriarcha concessum fuit, vt nobis demonstratis; Modo subiungitis ipsos Milites vestros à quibusdam publicanis afferentibus ipsos non gaudere priuilegijs militum, dum in Castris non militant, molestari, & perturbari; Nos itaque scientes quanto honore digni sint egregij isti fratres, qui ad nutum vestrum nostro Exercitui adesse sunt parati, & nō immemores eorum, quæ à nobili cœtu horum militum, & anterioribus, & præsentibus temporibus strenuè, & fortiter gesta sunt, vobis, & vestris prænominatis Equitibus, seu fratribus Militibus concedimus, & indulgemus, vt non solum extra castra habitantes, sed semper, & ubique locoru perpetuis futuris temporibus gaudeant omnibus priuilegijs, quibus gaudent, & potiuntur cæteri militiam sub vexillis Campestribus militantes; sicutque immunes, & exempti, ac liberi à quibuscumq; exactionibus, & impositionibus tam regali, quam imperiali, aut quavis alia auctoritate maledatis, & indictis. Mandantes quibuscumque publicanis, & questionibus, vt tali nostræ voluntati adhærent; Utq; in nostram Augustalem Maiestatem, & Sacrum Imperium vos, & vestri successores promptam, & efficacem operam validius

C exhi-